FERRARIS
PROMTA
[illegible]IOTHECA

.I. .II.
A – C

C
BX1936
F4
1795
V.1
c.1

José Angel Benavides.

1080044526

348(03)

EH3 CH76

R. P. F.

LUCII FERRARIS
PROMTA BIBLIOTHECA
HODIE ETIAM
JURIS HISPANI.

TOM. I.

Capilla Alfonsina
Biblioteca Universitaria

23544

Capilla Alfonsina
Biblioteca Universitaria
CAPILLA ALFONSINA
FONDO BIBLIOTECA PUBLICA
DEL ESTADO DE NUEVO LEON

R. P. F.

LUCII FERRARIS

SOLER-ALEXANDRINI,

ORDINIS MINOR. REGUL. OBSERV. S. P. FRANCISCI,

PROMTA BIBLIOTHECA

CANONICA, JURIDICA, MORALIS, THEOLOGICA,

NECNON

ASCETICA, POLEMICA, RUBRICISTICA, HISTORICA

(JURIS HISPANICI HODIE ETIAM VOCABITUR)

DE PRINCIPALIORIBUS, ET FERE OMNIBUS, QUÆ IN DIES OCCURRUNT, NEC PENES OMNES FACILE, AC PROMTE REPERIRI POSSUNT,

EX UTROQUE JURE, PONTIFICIIS CONSTITUTIONIBUS, CONCILIIS, SACR. CONGREGATIONUM DECRETIS, SACRÆ ROMANÆ ROTÆ DECISIONIBUS, AC PROBATISSIMIS ET SELECTISSIMIS AUCTORIBUS

ACCURATE COLLECTA, ADAUCTA, IN UNUM REDACTA, ET ORDINE ALPHABETICO CONGESTA,

AC IN DECEM TOMOS DISTRIBUTA.

In hac editione, secunda hispana, non solum Additiones legales, jam antea publicatæ, accedunt, sicut in prima, verum etiam leges, Auctoris doctrinam astruentes, permultæque aliæ adnotationes, eisdem decisionibus insistentes, numquam antea editæ:

OPERA AC STUDIO ID TOTUM ELABORATUM

L. D. FRANCISCI MARIÆ VALLARNA

MADRIDENSIS COLLEGII ADVOCATORUM ALUMNI.

TOMUS PRIMUS.

A-B

10 Tomos

SUPERIORUM PERMISSU.
MATRITI:
TYPIS ET SUMPTIBUS REGIÆ TYPOGRAPHORUM ET BIBLIOPOLARUM SOCIETATIS.
MDCCXCV.

54205

C
BX1936
F4
1795
v.1

SERENISSIMA, ET SACRATISSIMA
COELORUM
IMPERATRIX.

QUIS dubitat, quin vestræ Dominationi jure merito debeatur, laborem noviſſimi hic inverſum veſtris sub auspiciis in lucem prodire? Primi Tomi hujus Bibliothecæ

SANCTISSIMÆ, AUGUSTISSIMÆ, AC INCOMPREHENSIBILISSIMÆ TRINITATI, PATRI, FILIO, ET SPIRITUI SANCTO,

Uni in Substantia, Trino in Personis,

Fuere à P.Lucio Ferraris ex voto sacrati: Catholicæ Ecclesiæ, atque Apostolicæ Universali Pastori, infallibilis Fidei Magistro, Summo Pontifici, qui pro Deo in terris est, & totius vices substinet TRINITATIS, *ceteri fuerunt ex veneratione dicati: Hispaniarum Additionum parvus Codex, per me non solum elaboratus, ultimamque an.* 1783. *in lucem editus, Serenissimo Asturicensi nostro Principi, ex veneratione, & subjectione est oblatus; si vestrum præsidium, nunc non requiro ¿quò confugiam, dum hæc nova Bibliotheca publicatur?* SEDES SAPIENTIÆ *ab Universali Ec-*

Eccleſia, SPECULUMQUE JUSTITIÆ *proclamaris*; *nemo erit*, SANCTA DEI GENITRIX, *Patrona noſtra*, *atque Advocata*, *ſedula Exhortatrix apud ipſum Dominum*, *quem genuiſti*, *assiduè pro populo chriſtiano intercedens in cœlis*, *nemo*, *inquam*, *erit*, *qui ita non confiteatur*, *& veſtram ſacram Majeſtatem non vereatur*, *ac colat*: *licèt iſte tuus ſervulus inter omnes minimus habeatur*, *in dilectione veſtra nulli ſecundus*: *igitur ex voto*, *veneratione*, *& ſubjectione hoccine literarum munuſculum novo ſub titulo* Bibliotheca Juris Hiſpanici *veſter obſequentiſſimus filius*, *famulus*, *& ſervus*, *qui in regenerationis lavacro meruit ſacratiſſimo veſtro nomine etiam inſigniri*, *dedicat*, *ſuplex ad pedes veſtros proſternit*, *atque publica hac filiali*, *& ſervili animi teſtificatione dovovet*: *tandem verbis hiſce*, *videlicet* AVE MATER IMMACULATA, *omni ſtudio*, *omni affectu*, *omni devotione*, *totoque ex pectore prolatis*, TE *ſalutat*::

HUMILLIMUS INTER HUMILES

Franciſcus Maria de Vallarna.

AD

AD LECTOREM.

Hoc opus, candide Lector, ſereno vultu, animoque benigno ſuſcipe: in ejus complementum quinque corpora juris hiſpani, videlicet *Fori Regii*, *Septem Partitar.*, *Ordinamenti Regii*, *Recopillationis Caſtellæ*, *atque Indiarum*, ante oculos habui: idem locupletandi, ac tyronibus viam, qua iterfacere debent, demonſtrandi, hujus meæ cogitationis fuiſſe objectum, memoriæ demanda: prodeſſe omnibus eſt lucrum, & ſtipendium, quod iſte labor nunc uſque conſequitur: parvo negotio deciſſiones invenies, ſi ſtadium percurreris totum, inſertaque contuleris; non dubito, pleroſque, qui titulum huic operi hodie additum, ſcilicet *Bibliotheca juris hiſpanici*, aſpexerint, mihi eſſe exprobraturos illud Exodi cap. 18. *Ultra vires tuas eſt negotium*, *ſolus illud non poteris ſuſtinere*: meam inſcitiam agnoſco, ſed in alienam meſſem falcem non mitto: quis mihi auxilium præſtiterit, inveſtiga: ſupercilia ergo ne contrahas: perlege, ac judica: ſi gratum tibi videtur, laudes immenſas DEO MAXIMO, à quo omne datum optimum procedit, referre debes: ſi cenſura dignum, benevolentia corrige. Varias adnotationes poſt primum opus ab Auctore in lucem editum animadverteris; quæ quidem ſupplementa tam ex eodem Auctore, quàm ex aliis, in hac editione ſuis ſignis infra diſtinguuntur: Fruere, & Vale.

SIG-

SIGNA ET EORUM SIGNIFICATIO.

© .... Additiones legales hispanicas ostendit.

ɑ .... Notas, quarum Auctor non apparet.

* ...... Additiones Auctoris è II. editione.

** ...... Additiones Auctoris è III. editione.

*** ..... Additiones ejusdem novissimas.

☞ ...... Additiones ex aliena manu.

☞☞ ... Novas additiones ex aliena manu.

✠ ...... Notas Theologi Romani.

† ...... Auctoris responsa ad eumdem.

¶ .... Additamenta in editione anni 1772. apposita, non inventa in ea, quæ sequenti 1778. typis fuit mandata.

() .... Hoc denique signum leges hispanicas comprehendit, atque earumdem adnotationes, quæ numquam hucusque in lucem prodierunt.

INDEX TITULORUM,

QUI PRIMO HOC TOMO CONTINENTUR.

A

Abbas. . . . . pag. 1.
Abbatissa. . . . . 11.
Abbreviatores. . . . . 15.
Abigeatus. . . . . 16.
Abjurantes. . . . . 17.
Abortus. . . . . ibid.
Absens. . . . . 21.
Absolvere, Absolutio. . . . . 24.
Abstinentia. . . . . 35.
Abusus. . . . . 37.
Acceptio personarum. . . . . 38.
Accesio, sive Adjunctio. . . . . . . ibid.
Accusare qui possint &c. . . . . . . 39.
Accusari qui possint &c. . . . . . . 41.
Accusator ad quid teneatur. . . . . 42.
Accusatus. . . . . 43.
Acedia. . . . . 48.
Acolytus. . . . . 49.
Actor. . . . . ibid.
Adjuncti. . . . . 51.
Administratio, Administrator. . . . 53.
Adulterium. . . . . 56.
Advocatus. . . . . 65.
Advocati Consistoriales. . . . . . . 71.
Æquivocatio. . . . . ibid.
Ætas. . . . . ibid.
Affectio beneficii. . . . . 75.
Affiliatio Religiosorum. . . . . . . ibid.
Affinitas. . . . . 77.
Aggressor. . . . . 80.
Agnus Dei. . . . . ibid.
Alchimia, Alchimistæ. . . . . 83.
Alienare, Alienatio. . . . . 84.
Alimenta. . . . . 96.
Alluvio. . . . . 114.
Altare. . . . . 115.
Altare privilegiatum. . . . . 118.
Alternativa. . . . . 122.
Amortizatio. . . . . 129.
Amphibologia. . . . . 130.
Anima. . . . . ibid.
Anniversarium. . . . . 132.
Annuntiatio B. Mariæ Virginis. . . 135.
Annulus. . . . . ibid.
Annus. . . . . 136.
Annus Probationis. . . . . 137.
Annus Sanctus. . . . . 140.
Antiquata Propositio. . . . . 141.
Apostasia, Apostata. . . . . 142.
Apostolus. . . . . 147.
Apostoli, id est, literæ missoriæ. . 154.
Appellatio. . . . . 155.
Applicatio Missæ. . . . . 181.
Approbatio pro Confessionibus excipiendis. . . . . 182.
Aqua benedicta. . . . . 199.
Arbiter, Arbitrator. . . . . 201.
Arbor Consanguinitatis. . . . . 211.
Archidiaconus. . . . . ibid.
Archiepiscopus. . . . . 214.
Archimandrita. . . . . 223.
Archipresbyter. . . . . 225.
Arctatus ratione beneficii. . . . . . 227.
Arma. . . . . ibid.
Arma, seu Insignia. . . . . 230.
Aromataria, Aromatarii. . . . . 232.
Arrha. . . . . 234.
Aspersorium. . . . . 237.
Assassinium, Assassinus. . . . . . . ibid.

Assecuratio, Assecurator....... 240.
Assistentia, Assistere.......... 243.
Astrologia, Astrologus........ 244.
Asylum........................ 247.
Attentio..................... ibid.
Avaritia...................... 249.
Auditor, Auditores............ 251.
Augurium...................... 255.
Auspicium.................... ibid.
Aurora....................... ibid.

B

Bacchanalia................... 256.
Baculus...................... ibid.
Baldachinum.................. 257.
Bannitus, Bannum............. 259.
Baptismus.................... 263.
Barbitonsores................ 284.
Beatificatio, Beatus........ ibid.
Bellum....................... ibid.
Benedicere, Benedictio....... 291.
Beneficium, Beneficia........ 301.
Beneficiatus................. 370.
Beneplacitum Apostolicum..... 382.
Bestialitas.................. ibid.
Biblia Sacra................. ibid.
Bigamia...................... ibid.
Birretum..................... 391.
Blasphemia................... 392.
Bona Ecclesiastica........... 396.
Bona laicalia................ 419.
Breve, Bulla................. 425.
Bulla Cruciatæ............... 427.

AB-

ABBAS.

SUMMARIUM.

1 *Abbas quid significet.*
2 *Abbates alii sunt Seculares, alii Regulares.*
3 *Seculares sunt in quadruplici differentia*, ad num. 7.
8 *Regulares in triplici*, ad num. 11.
12 *Abbates Benedicti à quo debeant recipere benedictionem.*
13 *Si transferantur ad aliam Abbatiam, an indigeant alia benedictione.*
14 *Ista benedictio an sit de essentia, ut Abbates Regulares possint liberè, & licitè facere, & exercère omnia, quæ sunt ordinis, & sui officii*, ad n. 19.
20 *Abbates Ecclesiæ secularis, & exemptæ, ac Sedi Apostolicæ immediatè subjectæ usum mitræ habentes, an possint absente Episcopo suos Canonicos assumere ad sibi assistendum, & eamdem in eos jurisdictionem exercère, quam Episcopus exercet in suos.*
21 *Abbates, & alii quicumque, quantumvis exempti, an possint cuiquam, qui Regularis sibi subditus non sit, tonsuram, & minores ordines conferre*, ad num. 23.
24 *Abbates an possint suis subditis secularibus literas dimissorias ad Ordines suscipiendos concedere*, ad num. 26.
27 *An indicere concursum pro Parochialibus Ecclesiis vacantibus*, ad num. 28.
29 *An gaudeant facultate dispensandi, & absolvendi, concessa Episcopis à Tridentino*, remissivè.
30 *Quoad usum Pontificalium, & quoad Benedictiones, Indulgentias, & alia, quam formam servare teneantur*, ad num. 31.
32 *Abbas exemptus an possit ab Episcopo excommunicari.*
33 *Abbati Regulari an concedi soleat indultum consecrandi Ecclesias noviter ædificatas.*
34 *Abbas, & Abbatia S. Eliæ* Terræ Carbonis *non est* Nullius.
35 *Subnectuntur supplementa Auctoris*, ad num. 47.
48 *Item alia additamenta ex aliena manu*, post num. 69.

1 Abbas in hebræo, seu syro vocabulo, idem
est, & significat, quòd in latino *Pater: c. fin. de Regul.* Gloss. *in Clem.* 1.
de resc. S. Aug. *ep.* 177. S. Hieron. &
S. Thom. *in ep. ad Galatas c.* 4. Lira-
2 nus *in ead. epist. & eod. cap.* & pas-
sim alii. Abbates autem alii sunt Seculares, & alii
sunt Regulares, *ut in cap.* Transmissa, *ubi gloss. verb.*
Abbates, *de renunt.* & in *c.* Cum ad monasterium *de*
stat. Monach. Leg. 2. & 16. *tit.* 7. *part.* 1. *Leg.* 1.
tit. 6. *lib.* 1. *Recop. Auct. Accord.* 3. *ejusd.* Abbates 3
seculares sunt illi, qui habent beneficia ecclesiastica
cum titulo Abbatiæ: *cap.* Cum de beneficio, *ubi gloss.*
in fin. de Præbend. in 6. & isti sunt in quadruplici
differentia. Quidam sunt, qui non solùm jurisdictio- 4
nem habent in subditos, sed etiam pontificalia insignia
gestant quasi Episcopi. Quidam sunt qui licèt Abbatia- 5
lem dignitatem habeant, non habent tamen episcopalem
jurisdictionem, nec utuntur insigniis episcopalibus. Qui-
dam sunt, qui in quibusdam Cethedralibus Ecclesiis 6
in Choro, & Comitiis digniorem locum obtinent, ex quo
suppressis, vel destructis Collegialibus, aut Conventua-
libus Ecclesiis, quibus præerant tamquam primæ digni-
tates, in Cathedrales transierunt cum titulo Abbatum,
& privilegio præcedentiæ in Choro, & Comitiis. Qui- 7
dam ultimò sunt, qui solùm habent Abbatias in Com-
mendam, & non in Titulum, & nec isti Abbates Com-
mendatarii possunt uti habitu, & insigniis episcopali-
bus; *ex decreto Sacr. Congr.* 1593. 27. *Octob.* exceptis
Commendatariis B. Mariæ Farfensis, & S. Salvatoris ex
concessione Urbani VIII. *constit. incip.* Romanus Ponti-
fex *die* 18. *Nov.* 1628.

Abbates Regulares qui sunt verè Prælati, & appella- 8
tione Prælatorum in sacris canonibus veniunt, *ut colli-*
gitur ex c. Decernimus *de jud.*, & *c.* Præsenti *de offic.*
Ord. in 6. & *cap.* Ut Apostolicæ *de privil. in* 6. sunt in
triplici differentia. Quidam sunt, qui nedum habent sub 9
se Regulares subditos, sed insuper habent territorium
proprium, in quo episcopalem jurisdictionem, & ali-
quando etiam temporalem exercent, ut sunt Abbates Cas-
sinenses, Abbates S. Mariæ Tremitanæ Insulæ Congre-
gationis Lateranensis, & alii hujusmodi. Quidam sunt, 10
qui sub se habent tantummodò Regulares subditos, qui-
bus præsunt, *juxta textum in cap.* Cum ad monasterium
vers. Abbas vero, & *cap.* In singulis *de stat. Monach.* ut
sunt Abbates Lateranenses, S. Benedicti, & alii, qui ex
privilegio utuntur pontificalibus insigniis. Quidam tam- 11
dem sunt Abbates solo nomine, seu Titulares, qui actu
nullos subditos habent, vel quia fortassè Monachi locum
reliquerunt, vel quia monasterium est alio translatum,
vel quia est alicui seculari Clerico in Commendam tra-
ditum, *ut advertit* Abbas *consil.* 101. *in quæst. n.* 1. *vers.*
Nam Papa, *lib.* 1. Card. Tusch. *tom.* 1. *lit. A. conc.* 3. *n.* 21.
Tambur. *de Jur. Abbat. tom.* 1. *disp.* 3. *q.* 1. & alii. ✿

Ab-

✿ Eisdem scilicet Abbatibus, quomodolibet sumptis, ad suorum officii ingressum, res ecclesiæ, aut monasterii recipere volentibus, non aliter quam Episcopis, inest debita cum solemnitate inventarium conficere. (1)

(1) *L.* 6. *tit.* 2. *lib.* 1. *Recop.* Porque somos tenudos de honrar la Santa Madre Iglesia sobre todas las cosas del